

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Summa de vitiis**

**Wilhelm <Lyon, Prior>**

**[Basel], nicht nach 1475**

De indiscreto fervore. Quarta pars

[urn:nbn:de:bsz:31-308070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-308070)

634  
aliquis sentit se segnem vel accidiosum. instare debet ora-  
cioni coram deo. ut orando impetret gratiam. que ab eo ex-  
pellat accidiam. Et notandum quod omnia que dicta sunt  
ad detestacionem accidie. possunt esse remedia contra acci-  
diam. ideo de remedijs accidie hic finem facimus.

**¶ De indiscreto feruore.**

**¶ Quarta pars.**

**S**icut in vicio auaricie tractauimus de vicio pdi-  
galitatis. eo qd auaricia et pdigalitas vicia sunt  
opposita. sic cum accidia tractabimus de indiscre-  
to feruore. Accidia enim et indiscretus feruor. quodam  
modo videntur esse vicia opposita. Ad cuius detestacionem  
valere possunt primo testimonia scripturarum. sicut illud ad  
ro. xij. rationale sit obsequium vestrum. Tria sunt que ex-  
iguntur ad hoc ut homo cum discretione et racionabiliter  
deo seruiat. Primum est nobilitas persone cui seruiatur.  
Vnde. honor regis iudicium diligit seque iudicium discretio-  
nis. Secundum est humana natura. Homo enim raciona-  
lis creatura est. et ideo racionabiliter operari debet. pl<sup>9</sup> de bz  
inmiti sapie quaz fortitudini. beluinum enim est viribus de-  
certare sicut dicit phs. Tercio requirit hoc ipse hostis  
contra quem pugnam habemus. Diabolus enim cont<sup>9</sup> ho-  
minem pugnat potius astucia et sapientia quam viribus.  
ideo et nos sapientia contra eum pugnare debemus non vi-  
ribus. Vires enim non sufficerent resistere sapientie. quia  
melior est sapientia quam vires. et vir prudens quam for-  
tis. sapientie. vj. Ad signandum quod deo non placeant opa  
sine discretione facta. non offerebat in lege animal cecum  
ideo etiam in omni sacrificio offerebat sal. Sale condium-  
tur cibi ut hominibus bene sapiant. per quod significatur  
discretio que facit opera grata deo. Ad idem ps. iij. palpe-  
bre tue. p. g. t. i. considera opera tua. et illud apostoli. ad thi  
vj. noli adhuc aquaz bibere. sed vino modico vtere. Glo.  
Prudenter sibi vult deus seruari. non in nimietate ne debi-  
les fiant. et post medicoz suffragia querant. temperandus



est enim. ut si fieri potest ceptus obsequium gradatim po-  
cuis promoueat quam in consideratione minuatur. Ad  
idem. j. pe. iij. Karissimi nolite peregrinari in feruore qui  
ad temptationem vobis fit. Et ecclesiastes. vij. Noli esse  
iustus multum. ibi dicit interliniaris. quod summa iusticia  
summa iniusticia est. sunt aliqui qui in nullo volunt conde-  
scendere carni. quorum iusticia magna iniusticia est. Ad idem  
potest valere illud phi. Arbitror primo in vita utile esse  
ne quid nimis.

De multiplici malo quod ex in discreto feruore puenit.

**S**ecundo possunt valere ad detestationem in discre-  
ti feruoris. si ostendamus mala que ex eo sequun-  
tur. Et ostendit beatus bernhardus quatuor ma-  
la ex eo sequi. dicens. Qui ex indiscretionis vicio ieiunia  
et vigilias et huiusmodi sic agit. ut deficiente spiritu vel  
corpore languente. spiritualia impediuntur. abstulit cor-  
pori suo boni operis effectum. spiritui affectum. proximo  
exemplum. deo honorem. sacrilegus est et omnium bono-  
rum in deum reus. sacrilegus talis dicitur. qui violat tem-  
plum domini scilicet corpus suum. Salomon etiam ostendit  
quod malum sequitur ex indiscreto feruore. prouerbi-  
orum. xix. dicens. Qui festinus est pedibus offendit. Et  
le ex festinatione offendit. qui ex indiscreto feruore infir-  
mitatem corporis sui seu anime incurrit. et licet ex festina-  
tione sequi possit casus in quocumque ambulante tamen pre-  
cipue in eo qui per scalam vadit. Preterea talis casu suo mul-  
tum descendit. Unde cum conuersio viri religiosi sit qua  
si ascensus per scalam. cum discretionem debet ascendere. Si  
enim per infirmitatem corruat. ipse descendit vsque ad ini-  
cium scale. oportet enim eum comedere carnes. et alia face-  
re que faciebat in seculo. Unde dicit beatus bernhardus.  
Nemo repente fit summus. ascendendo non volando appre-  
henditur summitas scale. De indiscreta etiam festinati-  
one legitur. prouerbiorum. xij. quod substantia festinata



200  
306

minuetur. Et eiusdem. xx. Hereditas ad quas festinatur  
in principio in fine bene carebit. Et licet ista festinatio in  
omnibus timenda sit precipue tamen in nouicijs. ille qui  
equum suum nimis fatigat in mane. non videtur velle face-  
re in die bonam dietam. Sequitur etiam ex isto indiscre-  
to feruore. peccatum superbie et vane glorie. Unde quidam  
corpus non frangendum sed regendum est. Sicut ergo  
moderata ac sancta et simplicia in omni humilitate ieiunij.  
que ita corpus attenuent ne animam eleuent. ne res hu-  
militatis gignat superbiam. et vicia de virtute nascantur.  
que superit spes salutis. si ipsa anime remedia venena sint  
De superbia etiam talium dicit bernhardus. Que maior  
superbia. quam ut vnus homo toti congregatiōni iudiciū  
suum preferat tanquaz ipse solus habeat spiritum dei. De  
vana etiam gloria dicit bñ. ad fratres suos. Non legistis  
in regula nostra. quod quicquid sine voluntate et consen-  
su patris spiritualis fit. vane glorie imputabitur non mer-  
cedi. Et math. vi. Exterminant facies suas ut ap. ho. ic.  
Sequitur etiam ex feruore indiscreto scandalum aliorum  
et maxime in congregatiōne. Bernhardus de talibus. Vni  
sunt vnitatis diuiores inimici pacis. Casus etiam vni us-  
taliū multos exteret. et tepescere facit a desiderio pro-  
ficiendi. et cuius exemplum debuit alios attrahere. facit  
eos formidare austeritate religionis. ut adimpleatur il-  
lud ps. Posuisti firmamentum eius formidinem. Videtur  
etiam sequi ex feruore indiscreto quedam ydolatria.  
Unde bernhardus. Scelus est ydolatrie non acquiescere  
quali peccatum ariolandi nolle obedire. et subditur. eane  
nunc qui se faciunt religiosiores alijs. qui non sunt sicut  
ceteri hominum. ecce pagani et ydolatre sunt. Et. x. reg.  
xv. dicit samuel. quod peccatum ariolandi est repugnare  
et quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere. Sequitur etiam  
ex indiscreto feruore quandoque rapina. Iudicius enim  
quod debet esse apud patrem spiritualem. usurpant sibi



tales persone. ⁊ id cui renunciauerūt. iterum sua auctori-  
tate reassumunt. **V**nde bernhardus. **Q**ui vestri curam se-  
mel vobis omisistis. quid rursus de vobis vos intromit-  
titis. **E**t vt breuiter dicam. non habet callidus hostis ef-  
ficacius machinamentum ad tollendam de corde dilectio-  
nem. quam si efficere possit vt in ea incaute ⁊ non cum ra-  
tione ambuletur. sicut dicit beatus bernhardus.

**De stulticijs eorum qui habent indiscretum feruorem.**

**T**ercio possunt valere ad detestationem huius vi-  
cij. stulticie que ostenduntur in his esse qui labo-  
rant hoc vicio. que sunt duodecim. **P**rima est. qd  
ipsi contra ordinem ecclesie crucem lumini preferunt. vel  
potius sine lumine ferunt. ordinatus est in ecclesia quod  
lumen cruci preferatur. ad significandum quod lumen sa-  
pientie cruci penitentie preferendum est. **V**nde legitur  
in fine prouerbiorum de sapiente muliere. quod ipsa ope-  
rata est consilio manuum suarum. **M**anus sunt qui non so-  
lum habent cognitionem. sed etiam operationem bonam.  
quorum consilio precipue acquiescendum est. **E**x hoc ve-  
ro quod tales crucem penitentie sine lumine consilij fe-  
runt. accidit frequenter quod ipsi innocentem crucifi-  
gunt. qui latronem crucifigere debuerunt scilicet nouum  
hominem. qui debuerunt crucifigere veterem. **V**etus ho-  
mo intelligitur ex peccatis compositus velut ex membris.  
**V**nde ad collo. iij. **M**ortificate membra vestra que sunt su-  
per terram ⁊c. **H**omo nouus intelligitur compositus ex vir-  
tutibus velut ex membris. nouus ergo tunc crucifigitur  
quando per nimiam afflictionem abstinentie virtutes ope-  
rari non possunt. **S**ecunda stulticia est. quod ipsi assumunt  
arma nimis ponderosa. que pondere suo eos decipiunt. ⁊ que  
debuerunt eos ab hoste protegere. potius eos capi ab ho-  
ste faciunt non attendentes qd fecit dauid. i. Regum. xvij.



230  
qui saul nimis ponderosa arma deposuit. quibus depositis  
goliath dericit. Sic aliqui deuincerent dyabolum. euz me-  
diocritate ieiuniorum et vigiliarum. qui cum nimietate per iram  
vel impacientiam deuincuntur. Tercia est. quod cum ipsi  
habeant equum valde impetuofum. non curant tamen fre-  
num imponere ei. sed solum calcaribus sunt contenti. cum  
tamen constet frenum non minus necessarium esse equo  
quam calcaria. non minus periculosum esse alicui inter hostes  
esse sine freno quam sine calcaribus. Bernhardus. Bone  
voluntati non semper credendum est. sed frenanda et regen-  
da est maxime in incipiente. Iaco. iij. Frena in equorum  
ora mittimus ad sentiendum nobis etc. Quarta est. quod  
euz infirmitas que est ex calida causa periculosior sit quaz  
illa que est ex frigida. ipsi tamen se sanos omnino putant  
licet ex calida causa infirmentur. Accidia enim velud in-  
firmitas est ex causa frigida. unde tepiditas vocatur. In  
discretus vero feruor est velut infirmitas ex calida causa.  
et ideo periculosior esse videtur. Quinta est. quod euz ipsi  
habeant dominum ditissimum et liberalissimum. credunt ta-  
men placere ei. si seruientes illi adeo fame affligant. quod  
impotentes fiant ad seruendum ei. cum tamen sciant hoc  
non placere hominibus pauperibus atque auaris de iumen-  
tis suis. nullus enim vult quod iumentum suum tantum iei-  
iunet. quod ei seruire non possit. Sexta est. quod euz magni  
periculosum sit nauem esse nimis oneratam quam vacuam.  
ipsi tamen non curant cauere nauem suam a periculo nimij oneris.  
Homo in mundo isto est velut nauis in medio mari. Unde fa-  
cta est quasi nauis institoris. hoc dicitur de sapiente mu-  
liere p. in fi. Immet autem huic naui duplex periculum  
scilicet submersionis ex nimio onere. et versationis per flu-  
ctus temptatum ex vacuitate. sed tales periculo sub-  
mersionis non curant subuenire. Septima est. quod ipsi  
iudicant cibum esse subtrahendum filijs dei qui digni essent  
cibari auro et argento. et potari balsamo. iuxta illud Dn.



Da michi alterum thimotheum. et ego eius si vis cibo auro  
 et poto balsamo. Ad cumulum huius stulticie facit hoc. quod  
 ipsi vident tot filios dyaboli qui omni bono sunt indigni.  
 ita large bona domini sui expendere. **O**ctava est quod cum  
 ipsi velint multum deo seruire. ita tamen volunt ei seruire  
 re. quod non possint ei diu seruire. **S**apiens. **Q**uid stulticus  
 quam quod libenter facias curare ut diu facere non possis.  
**N**ona est quod cum equis suis subtrahunt auenaz. volunt  
 facere maiorem dietam. male proportionantes ea que asino de  
 bentur. scilicet cibaria. et virga. et onus. virgam et onus dupli-  
 cant. cibaria autem diuidant. **D**e his habetur ecci. xxviii  
**C**ibaria virga et onus asino. **D**ecima est quod ipsi se pfe-  
 ctos non estimant. nisi magistrum suum cristum excedant  
 cum scriptum sit luce sexto. **P**erfectus omnis erit si sit  
 sicut magister eius. constat cuiuslibet fideli cristus pfectis-  
 simus fuisse. et tamen comedebat et bibeat mediocriter.  
**U**ndecima est quod ipsi credunt seipsos esse sanctos non  
 posse. nisi prius fuerint homicide. **S**i ille qui auferret vi-  
 tam alicui qua victurus esset per annum homicida reputa-  
 retur. quanto magis ille qui nimis ieiunijs et afflictionis  
 bus efficit. ut decem annis citius moriatur quam esset mo-  
 riturus. **D**uodecima stulticia est. quod cum ipsi alijs boni  
 sint. et caueant a nocimento omnium. tamen sit ipsis ma-  
 li sunt et immisericores. scilicet qui sibi neque. cui bonus.

**Q**ualiter sit sumendus cibus. et fratribus quandoque con-  
 descendum.

**S**ciendum est quod in cibus qui sumuntur valde ti-  
 menda est delectabilitas. quia frequenter nimis  
 sumitur de cibus delectabilibus. quandoque prohibet  
 hominem a diuina consolacione. **S**ecundum bernhardum.  
 nimis delicata est diuina consolacione. que non datur admi-  
 tentibus alienam. **S**ed si quis in cibus quos sumit. in qn-  
 tate et in ardore caueat. et creatori de creaturis quas



340

sumit gratias agat. non solum absq̄ peccato. sed etiam merito potest sumere de cibis illis. quantum necesse est ad sustentationem corporis sui. deus enim creauit cibos ad percipiendum eum gratiarum actione fidelibus. ad thi. iij. Et ut breuiter dicam. sic debemus habere corpus sicut eger comedentem. cui multum uolenti inutilia sunt neganda. utilia uero etiam nolenti sunt ingerenda. Et notandum quod sicut apud religiosos viros precipue oportet nouicios cauere ab indiffereto feruore. sic oportet patres spirituales condescendere fratribus quandoq̄. Unde legitur de beato anthonio. quod quidam venator vidit eum gaudere cum fratribus suis. et displicuit ei. cui antonius uolens ostendere. quod quandoq̄ oporteret eum condescendere fratribus ait. pone sagittam in arcu et trahere. et fecit sic. Et rursus dixit. trahere. et traxit. et rursus trahere dixit. et respondit sagittarius. si supra mensuram traxero frangetur arcus. Et respondit antonius. ita est de operatione dei. si supra mensuram tendimus fratres deficiunt. expedit ergo aliquando laxare rigorem. Simile est de cordis cythare. que si parum tendantur raue sonant si nimium rumpuntur. si moderate dulcem sonum reddunt. Imperus animi obice inuento intus mescit. ideo aliquid libertatis concedendum est interdum fratribus. ne sic accidit in dolis ferzatis circuli in eis rumpantur. et profundus exiliat. Castanea non incisa in igne posita. aut crepat aut exilit. Dicitur etiam quod terremotus fiat ex multis vaporibus inclusis in uisceribus terre meatibus non habentibus. ideo oporteret homines ab hominibus non nimis coartari. immo aliquis locus relinquendus est gratie dei et libertati arbitrij.